

### 3. GOVOR NIKOLE ŠKRLCA LOMNIČKOG PROFESORSKOM VIJEĆU AKADEMIJE OD 11. LISTOPADA 1776.

Depulsa a litteris scholasticarum subtilitatum barbaria, cum primum amoenior scientiis lux affulsit, ea apud praestantissimos quosque non modo philosophorum, sed ipsorum etiam politicorum pervuluit opinio, quod institutioni juventutis intendere sit munus praecipuum regalis potestatis. Eximiam hanc sententiam nostra, cuius imperio gloriamur, Augusta animo Suo ita impressit, ut primis statim suscepti gubernii temporibus, gravissimis licet bellorum saepe varia, pro rerum humanarum vicissitudine, fortuna gestorum procellis distenta, curam tamen omnem explendo huic, a quo praecipuam subjectorum sibi populorum felicitatem pendere non dubitavit, officio consecrarit. Vidit illa pro ea, qua pollet, mentis acie, institutionem juventutis haud secius corrigi posse quam si ipsum studiorum systema emendetur, id vero ut perficiatur, ipsum caput studiorum seu Universitatem Viennensem in meliorem ordinem esse redigendam.

Grande hoc tantisque per ipsam temporis illius complicationem difficultatibus obnoxium opus, cum per eorum aliquem, qui ipsi veteri et minus probata methodo instituti fuerant, perfici posse diffideret, ad eandem restaurandam talem ab exteris ditionibus virum evocavit, quem totius Reipublicae litterariae vox et consensus parem huic operi praedicabat. Hoc dum dico, quin pronunciem, video jam mentibus omnium vestrum Svitenii carum litteris nomen obversari. Et profecto debemus manibus illius viri haec justa, ut, quoties de studiorum ratione apud nos sermo instituitur, nostram honorifica

Kad je iz znaností izagnano barbarstvo skolastičkog cjepidlačenja i kad im je zasjalo ugodnije svjetlo, kod svih je najodličnijih ne samo filozofa nego i političara prevladalo mišljenje da je briga za obrazovanje mladeži poseban zadatak kraljevske vlasti. Tu je izvrsnu misao naša Uzvišena Vladarica, čijim se kraljevanjem dičimo, tako usadila u svoju dušu da je odmah u početku svog vladanja – iako izložena vrlo teškim olujama ratova vođenih, kako su već ljudske prilike promjenjive sreće, s različitim ishodom – svu svoju brigu posvetila ostvarenju tog zadatka, za koji nije sumnjala da o njemu posebno zavisi sreća podložnih joj naroda. Svojim oštroumljem, kojim se odlikuje, uočila je da se obrazovanje mladeži može popraviti jedino ako se popravi sam školski sistem, a da za ostvarenje toga treba dovesti u bolji red samo glavno učilište, odnosno sveučilište u Beču.

Kako se nije pouzdavala da će taj zadatak, zamašan i zbog tadašnjih zapletenih prilika izložen brojnim poteškoćama, moći izvršiti itko od onih koji su odgojeni po onoj staroj i manje valjanoj metodi, za obnovu tog sveučilišta pozvala je iz tudine čovjeka kojega su glas i odobravanje čitave znanstvene republike javno proglašavali doraslim tom poslu. Dok ovo govorim, iako mu ime ne spominjem, već vidim da se u vašoj svijesti javlja znanosti drago ime van Swieten. I doista, pepelu toga muža dugujemo ovu posmrtnu počast: Kad se god zametne kod naš govor o metodi studija, treba da

adminus compellatione in eum gratitudinem contestemur. Illius laboribus eam, qua modo nitet, faciem Universitas Viennensis accepit, ille ea artium scientiarumque jecit fundamenta, ut solidior doctrina liberaliumque artium perfectio jam in plerasque etiam provincias sit propagata, illius conatibus Patria haec...<sup>1</sup> sed hanc nobis fata felicitatem inviderunt. Et tamen si unquam litterae in regionibus nostris ad aliquem provectae fuerint perfectionis gradum, si nos quempiam in erudita Europa locum sumus occupaturi, id totum assiduis Svitenii laboribus, quibus benignas Augustae nostrae intentiones explere non destitit, in acceptis referemus.

Post restauratam Viennensem Universitatem Clementissima Domina nostra reliqua etiam instituenda juventutis subsidia non modo materna providentia collocavit, sed et regia, ut par erat, munificentia exornavit. Seminaria, convictus, Academiae in omnigenum juventutis usum non in metropoli modo, sed in ipsis etiam provinciis magno numero instituta, sunt totidem perennia Regalis Augustae nostrae in juventutis institutionem intensae sollicitudinis monumenta.

Sed haec communia fuere illius in omnes sibi subditas gentes studia, id enimvero peculiare est maternae Suae in gentem Hungarum propensionis argumentum, quod eandem, qua adhuc carebat, Universitate exornavit, ut adeo ad perficiendum omni ex parte restorationis studiorum opus nil defuerit aliud quam ut eadem e latebris in lucem protraherentur et ad supremam Regiam revocarentur inspectionem.

Verum consilio huic eotum ipsa circumstantiarum cum systemate ferme gubernii complicata ratio obsi-

ga bar spomenemo s počašću i tako posvjedočimo svoju zahvalnost prema njemu. Njegovim je naporima Bečko sveučilište dobilo onaj izgled kojim onedavna blista, on je udario takve temelje umjetnosti i znanosti da se čak po većini pokrajina već proširila temeljitija znanost i savršenost plemenitih umijeća, njegovim je nastojanjem naša domovina... ali tu nam je sreću uskratila sudbina. No ipak ako znanost u našim krajevima dostigne neki stupanj savršenstva, ako i mi imamo zauzeti kakvo mjesto u prosvijećenoj Evropi, sve ćemo to primiti kao dar neumornih van Swietenovih napora, kojima je bez prestanka ostvarivao dobrostive namjere naše Uzvišene Vladarice.

Nakon obnove Bečkog sveučilišta Preblaga je naša Gospodarica i druge zavode za obrazovanje mladeži ne samo materinskom brigom osnovala nego ih i opremila kraljevskom, kako je dolikovalo, darežljivošću. Seminari, konvikti i akademije, na svestranu korist mladeži osnovani u velikom broju ne samo u glavnom gradu nego čak i u pokrajinama, predstavljaju isto toliko spomenika trajnog zalaganja naše Uzvišene Kraljice za obrazovanje mladeži.

No sve je to bila općenita njezina briga za sve podložne joj narode, ali posebni je dokaz njezine materinske ljubavi prema ugarskom narodu to što ga je obdarila sveučilištem koje dotada nije imao, tako da je za potpuno dovršenje posla oko obnove studija nedostajalo samo to da se studij izvuče iz mraka na svjetlost i da bude podvrgnut vrhovnom kraljevskom nadzoru.

Međutim, taj je naum sprečavala zamršenost tadašnjih prilika zajedno sa sistemom upravljanja jer

<sup>1</sup> Tako u originalnom zapisniku.

stebat. Nimirum injuria vetustiorum temporum munus docendi uni ordini ita addixerat, ut, suppressa per id ipsum aliorum aemulatione, ordo hic scholas et quidquid eo refertur velut privatam diuturna adeo possessione legitimatum peculium suum consideraret. Atque inde factum licet existimare, quod, cum ordo hic, citra aliquam quaesiti juris laesionem, privata hac praerogativa exui haud potuerit, studia autem ipsa ad eam, sine qua nec floruerunt nec unquam florere poterunt, libertatem haud potuerint revocari. Verum vix ordo hic per varium causarum concursum suppressus fuit, cum Augusta firmum studia in suam asserendi libertatem animum manifestavit, dum, concredita Dioecesis usque ad elaborationem systematis scholarum directione, deinceps Cathedras omnes in Academicis per concursum absque ullo status et conditionis discrimine dignioribus conferendas pronuntiavit. Hoc veluti fundamento jacto ipsum restaurationis studiorum perarduum sane opus aggressa, illi, qua Hungariam respicit, elucubrando talem delegit virum, quem honoris causa compellere nota ipsius modestia prohibet, vos tamen ipsi suapte intelligitis.<sup>2</sup> Et vero non eget ille laudis suae monumento, dum opus ipsum loquitur luculento utique serae etiam posteritatis encomio comprobandum.

Et jam ad omnigenam operis perfectionem nil aliud superfuit quam ut Augusta ad supremam studia Suam inspectionem revocaret. Id quoniam haud alia firmiter constitui potuit ratione quam si gradualis inter ipsos docentes et Suam Maiestatem Sacratissimam nexus procuratur, placuit Eidem hanc directionis studiorum catenam itanectere, ut me quidem universae in his Regnis rei litterariae

je nepravda prošlosti bila predala zadatak poučavanja jednom jedinom redu, tako da je taj, budući da je samim tim bilo potisnuto natjecanje i drugih, smatrao školu i sve što se na nju odnosi nekako privatnim svojim vlasništvom, čak zbog tako duga posjedovanja i uzakonjenim. Slobodno se može zaključiti da je to urodilo ovom posljedicom: Kako taj red nije bez neke povrede stečenog prava mogao biti lišen te privatne povlastice, sam se studij nije mogao zasnivati na slobodi, bez koje niti je dosada napredovao niti će ikada moći napredovati. No čim je stjecajem različitih uzroka taj red bio ukinut, odmah je Uzvišena Vladarica otvoreno pokazala čvrstu odluku da studiju dade njegovu slobodu time što je, povjerivši upravu škola do izrade novog sistema dijecezanskim biskupima, objavila da se sve katedre u akademijama imaju odsada dodjeljivati zaslužnijama bez ikakva obzira na stalež i položaj. Utvrdivši to kao temelj, prihvatila se doista teška posla obnove studija, a za njegovu provedbu odabrala je, što se tiče Ugarske, takva muža čija mi poznata skromnost ne dopušta da mu radi počasti upravim riječ, no ipak vi sami dobro znate tko je to.<sup>2</sup> I doista, njemu nije potreban drugi spomenik pohvale kad već samo njegovo djelo govori upravu rječitim pohvalom, koju će odobriti i pozno potomstvo.

I već je svestranom izvršenju tog zadatka nedostajalo samo to da Uzvišena Vladarica podredi studij svojem vrhovnom nadzoru. Budući da se to moglo urediti samo tako da se postupno ostvari veza između samih nastavnika i Njezina Posvećenog Veličanstva, odlučila je taj lanac uprave školstva povezati time što je u svoje kraljevsko ime mene postavila na čelo cjelokupnom obrazovanju u

<sup>2</sup> Barun Josip Urmenyi, glavni suradnik na reformi školstva u Ugarskoj i Hrvatskoj.

generatim, reverendissimum vero ac clarissimum virum Josephum Taisperger huic Academiae peculiariter Regio Suo nomine praeficeret sicque vos clarissimos Professores huic, illum mihi, me vero medio Regii in Regnis his Consilii sibi subordinaret.

Vobis proinde praeprimis, clarissimi Professores, impense gratulor, quod eum amplissimum Regiae sollicitudinis ceperitis fructum, ut e corona tot eruditorum, qui studium hoc decurrerunt, vos potissimum pro sua quisque Cathedra versatissimorum in respectivis scientiis et disciplinis virorum arbitrio selecti sub auspiciis Illustrissimi Domini Commissarii Regii tamquam sub ipso altissimo Suae Maiestatis obtutu easdem non favore status aut conditionis alicujus praerogativa, sed propriis duntaxat meritis capessatis. Augusta nostra ea vobis stipendia jam in praesens addixit, ut curis rei domesticae levati tranquille et libere litteris vacare valeatis. Ut primum vero aerarium litterarium gravi quidem adhuc in praesens, sed justo sane intertentionis exsociatorum onere tantisper fuerit sublevatum, ampliora adhuc vobis stipendia reservavit.

Nec in eo adhuc liberalitas Augustae conquievit, verum insuper iis, qui industriam omnem in explendo munere Suo ad publicam impenderint satisfactionem, praeter stipendia distinctas etiam laboribus suis commensuratas remunerationes peculiariterque Suam Caesareo-Regiam gratiam spondit ac, ut vos in omnem fortunae casum tutos praestet, iis, quos vires in docendo destituerint, congruam ad dies vitae sustentationem clementer addixit.

Agnoscit jam procul dubio, clarissimi viri, quot nominibus Augusta Sibi vos obstrinxerit, videtis,

ovim kraljevinama općenito, a prečasnog i slavnog muža Josipa Taispergera posebno ovoj Akademiji. Na taj je način vas, slavne profesore, podredila njemu, njega meni, a mene preko Kraljevskog vijeća u ovim kraljevinama sebi.

Stoga vama u prvom redu, slavni profesori, srdačno čestitam što ste postigli tako bogat plod kraljevske brige. Iz vijenca tako brojnih znanstvenih radnika koji su prošli to obrazovanje upravo ste vi, svatko za svoju katedru, pod pokroviteljstvom Presvijetloga gospodina kraljevskog komesara, kao da je to izvršeno pred samim uzvišenim očima Njezina Veličanstva, izabrani na temelju mišljenja muževa najupućenijih u odnosne znanosti i studijske predmete, pa te katedre ne uživete zbog svojeg staleža ili privilegija kakva položaja, nego isključivo zbog vlastitih zasluga.

Već sada Uzvišena vam je Vladarica odredila takve plaće da se, riješeni domaćih briga, možete mirno i slobodno baviti znanstvenim radom. Čim pak školska zaklada bude oslobođena sadašnjeg još uvijek teškog, ali opravdanog tereta da izdržava bivše članove isusovačkog reda, pripremila vam je još veće plaće. No time se darežljivost Uzvišene Vladarice nije još zadovoljila, nego je uz to onima koji na opće zadovoljstvo budu ulagali u ispunjavanje njezina zadatka svu svoju revnost obećala preko plaće posebne, uložnim naporima primjerene nagrade i osobitu svoju Carsko-kraljevsku milost. Da bi vas pak osigurala protiv svakog udarca sudbine, za one koji u poučavanju smalakšu milostivo je odredila primjerenu mirovinu do kraja života.

Bez sumnje već uvidate, slavni muževi, s koliko vas je stvari Uzvišena Vladarica obvezala i vidite

quanta vobis incitamenta ad explendas quam exactissime vobis concediti muneris partes proponantur. Ego tamen de ingenuo vestro in litteras ardore ita persuasus sum, ut vos ne his quidem stimulis eguisse existimem. Scio ego, quid apud ingenuos artium et scientiarum cultores generoso incoctum pectus honesto valeat, scio, quid amor litterarum, quid sitis doctrinae efficere possit, quantum aucta ipso successu proficiendi cupiditas animum intendere soleat, nec diffido vos haud alia quam colendi propagandique litteras causa operam vestram huic vivendi generi addixisse. Ita vos animatos dum plane confido, superfluum certe reputo vos pluribus hortari, ut, quam de vobis publicum concepit opinionem, quam vos ipsi apud Augustam concitastis expectationem, explere non intermittatis. Id unum est, de quo vos mone re constitui, ut quoties vestras subiveritis Cathedras, ita semper animo vobiscum reputetis, tamquam sub Augustis Clementissimae Dominae oculis eam decurrere deberetis praelectionem. Vestra, viri clarissimi, memoria id unice saepius revolvite, quod in omni hac re non alia sit Augustae intentio quam ut studia quo majori cum juventutis fructu tradantur, quod illa solenni hoc Magistrorum delectu Se munere Suo plene defunctam existimet, in zelo vero, doctrina et probitate vestra tuta conquiescat, ut adeo tam piam ejusdem intentionem non dico negligentia (quis enim id vel ominari praesumat?), sed vel levi aliqua remissione fraudare grande omnino piaculum videatur.

Habetis praeclarum, quem vobis Augusta praeposuit quemve ego Altissimo ejus nomine talem hic status, ducem, qui vos confirmare dubitantes, fatigatos excitare, ancipites erigere possit et consolari. Colite

koliki vas poticaji čekaju da što savjesnije izvršavate poslove povjerenog vam zadatka. Ipak ja sam toliko uvjeren u vaš iskreni zanos za znanošću da smatram da vam nisu bili potrebni ni ti poticaji. Znam ja što kod plemenitih njegovatelja umjetnosti i znanosti vrijedi duh prožet oplemenjenim osjećajem časti, znam što može postići ljubav prema nauci, što žeda za znanjem i koliko težnja za napretkom, povećana samim uspjehom, obično napinje duh, pa ne sumnjam da za svoju djelatnost niste odabrali ovaj način života iz drugoga kojeg razloga nego samo radi njegovanja i širenja znanosti. Kako sam potpuno uvjeren da ste zadojeni tim duhom, doista smatram suvišnim da vas dalje potičem na to da neprekidno nastojite opravdati mišljenje koje je o vama stvorila javnost i očekivanje koje ste pobudili kod Uzvišene Vladarice. Ovo je jedino na što sam odlučio upozoriti vas: Kad god stupite za svoju katedru, neka vas vode takve misli kao da biste morali održati predavanje pred uzvišenim očima Premilostive Gospodarice. Češće dozivajte sebi u pamet osobito to da je u čitavom tom pothvatu nakana Uzvišene Vladarice samo to da se znanosti predaju mladeži što plodonosnije, nadalje da uz ovaj svečani skup nastavnika ona smatra svoj posao potpuno završenim i sigurno se pouzdava u vašu revnost, učenost i čestitost, tako da bi se činilo velikim grijehom zavaravati njezinu toliko plemenitu nakanu ne kažem nemarom (tâ tko bi se drznuo to samo i pomisliti?) nego čak niti kakvim laganim propustom.

Imate sjajnog vodiča kojega vam je postavila na čelo Uzvišena Vladarica, a ja ga u njezino ime ovdje uvodim u dužnost. On vas može u sumnjama osnažiti, u umoru osvježiti i u neizvjesnosti podići i utješiti

hunc, ut par est utve ipsa Clementissima Domina vobis praecepit, ejus dispositionibus, alioquin nonnisi in rei litterariae incrementum internamque Academiae hujus disciplinam dirigendis, ita obtemperate, ut quoties ordinationes ejus expleveritis, toties homagialem Altissimo Mandato morem vos gessisse vobiscum reputetis.

Mutuum inter vos ipsos amorem et amicitiam supervacaneum mihi videtur vobis commendare, credo ego, quod menti cuique vestrum alioquin obversetur, vos omnes membra unius corporis constituere atque eo nomine tam laudem, honorem et existimationem totius corporis, quam et si contra eveniat, ad singulum vestrum dimanare. Nullum, credite mihi, certius est angusti viliisque animi indicium quam odiis, simultatibus aut, quod pejus est, invidiae patere. Qui vitia haec animo non excussit, nae ille parum in litteris profecerit, quarum ea princeps solet esse virtus, ut animum ad humanitatem componant.

Quod supremum est, de eo vos non tam hortor, quam exoro, ut id firmiter in animum vestrum inducat, maximum magisterii arcanum in eo versari, ne discipulis fastidium studii ingeneretur, verum ea potius a teneris unguiculis sciendi sitis in iis excitetur, sine qua nemo aliquem in litteris progressum fecit. Id autem haud secus facilius praestabitis quam si explorato probe genio animoque discipulorum tam incitamenta, quam modum eadem proponendi cujusque indoli accommodaveritis.

Unum adhuc est, de quo vos in particulari commonendos existimavi, clarissimi altiorum Facultatum Professores: Vastae omnino ac prope modum immensae sunt, quas tradituri estis, scientiae, spatium vero, quod singulae absolvendae Augusta desig-

ti. Poštujte ga kako dolikuje i kako vam je naredila sama Premilostiva Gospodarica, a njegovim se naredbama, koje uostalom treba da budu usmjerene samo na podizanje znanosti i na unutarnju stegu u ovoj Akademiji, tako pokoravajte da, koliko god puta izvršite njegove odredbe, smatrate kako ste toliko puta odano ugodili Previšnjem nalogu.

Preporučivati vam međusobnu ljubav i prijateljstvo čini mi se suvišnim. Vjerujem da i inače svaki od vas jasno uočava da svi sačinjavate udove jednog tijela i da zbog toga pohvala, čast i ugled čitavog tijela, koliko i ono što je tome suprotno, prelazi i na svakog pojedinog među vama. Nema, vjerujte mi, pouzdanijeg znaka uskogrudna i priprosta duha nego prepuštati se mržnji, neprijateljstvu ili, što je još gore, zavisti. Tko nije iz sebe iščupao te poroke, zacijelo će premalo uspjeha imati u znanstvenom radu, kojemu je obično glavna vrlina oplemenjivanje duha.

Naposljetku – to vas više preklinjem nego potičem – čvrsto usadite u svoju pamet ovo: Najveća tajna uspjeha u nastavi krije se u tome da učenje ne izazove kod učenikâ odvratnost, nego da im se od malih nogu pobudi ona želja za znanjem bez koje nitko nikada nije napredovao u nauci. To pak ni na kakav drugi način nećete lakše postići nego ako valjano ispitujete sposobnost i narav učenika te ako koliko poticaje, toliko i način njihova izlaganja prilagođujete čudi svakog pojedinog među njima.

Još jedno preostaje, slavni profesori viših Fakulteta, na što sam smatrao da vas moram posebno upozoriti. Opsežne su doista i gotovo beskrajne znanosti koje imate predavati, ali je vrijeme koje je Uzvišena Vladarica odredila za završava-

navit, sat angustum. Delectu proinde opus est, clarissimi viri, ut, resecatis quibusvis inutilibus speculationibus, ea potissimum, quae ad aliquem vitae usum faciunt, in omni scientia deligatis. Satis jam inanibus subtilitatibus majores nostri litarunt. Nobis non sufficiat scientias ad naturam rerum revocasse, nisi ex his etiam ipsis ea secernere sciamus, quae alicui vitae usui pro conditione cuiusque studii inserviunt. Nec eo solum fine studia constituta sunt, nec ea est Suae Majestatis Sacratissimae mens et voluntas, ut, qui illis operam navant, eruditionis doctrinaeque gloriam debeant reportare. Ea est praecipua studiorum scientiarumque utilitas, ut per illas probi utilesque, pro modulo suo, patriae cives efficiantur. Hoc est, quod Sua Majestas praesertim anhelat. Huc vos etiam, clarissimi viri, in sua quisque scientia, studium operamque vestram conferre debetis. Tradite discipulis vestris genuina, amputatis quibusvis formalitatibus, scientiarum fundamenta, et hoc sufficiet iis, qui ad operosa Reipublicae seu sacrae seu profanae munia destinantur. Quos vero propitia natura ea dotavit ingenii felicitate, ut iis ad interiorem doctrinarum recessum penetrare sit animus, hi, reserata modo praevio per vos porta, ulteriorem etiam cursum facile continuabunt.

Vos vero, amoeniorum litterarum Magistri, id continuo vobiscum reputate, vos esse primos scholasticae juventutis praeceptores, per vos stare, an alumni vestri debite aut contra praeparati ad altiores transmittantur disciplinae. Ut vero eos debite excolatis, mihi quidem ea potissima cum principe saeculi nostri oratore Facciolato visa est ratio, ut, contracta, quoad fieri potest, praeceptorum faragine, alumnos vestros regia versionis imitationisque via potissimum manuducatis.

nje njihova studija vrlo ograničeno. Stoga je, slavni muževi, potreban izbor da, izostavivši sve beskorisno umovanje, u svakoj znanosti odabirete upravo ono što pruža kakvu korist za život. Nemojmo se zadovoljiti time što smo znanosti zasnovali na prirodi, ako iz njih ne umijemo odabirati ono što je, prema prirodi svakog studija, korisno za kakvu životnu potrebu. Nije studij osnovan s tom svrhom niti je to mišljenje i želja Njezina Posvećenog Veličanstva da oni koji se posvete studiju moraju u njemu postići slavu obrazovanosti i učenosti. Glavna je korist studija i znanosti da se pomoću njih obrazuju čestiti i, prema svojim mogućnostima, korisni građani domovine. To je ono za čim Njezino Veličanstvo osobito teži. I vi, slavni muževi, morate, svatko u svojoj znanosti, ulagati u to svoj mar i trud. Uklonite sve formalnosti i predajte svojim đacima valjane temelje znanosti, i to će biti dovoljno za one koji se određuju za napore javne službe, bilo crkvene bilo svjetovne. Oni pak koje je sklona im priroda obdarila takvom umnom sposobnošću da žele prodirati u samu nutrinu nauka, lako će, kad im vi na spomenut način otvorite vrata, nastaviti dalji put.

A vi, učitelji ugodnijih školskih predmeta, neprekidno imajte na umu da ste prvi nastavnici školske mladeži i da o vama ovisi da li će vaši gojenci prijeći na više školovanje valjano pripremljeni ili ne. Da biste ih pak školovali kako treba, meni se kao i prvaku među govornicima našeg stoljeća, Facciolatiju, najboljom čini ova metoda: Skrativši, koliko je god moguće, šaroliku građu predmeta, vodite svoje gojence prvenstveno kraljevskim putem prevodenja i opo-  
našanja.

Te jam compello, Reverendissime ac clarissime vir, qui virtute doctrinae tuae perfecisti, ut caput studiorum Regni hujus, illustrem hanc Academiam, Augusta tuae potissimum concrederet directioni, tibi praesertim incumbet providere, ut praescribenda per suam Majestatem docendi methodus per omnes quam exactissime observetur, ut suo quisque Professorum munere diligenter perfungatur, ut internus ordo disciplinae in Academia consistat. Tibi clarissimos hos viros enixe commendo. Complectere eos ea, qua par est, caritate, adjuva consilio, sustine auctoritate. Vis prosperum habere directionis tuae successum? Amore regito.

Tibi, Reverendissime et clarissime scholarum Inspector Regie, rus, municipia et civitates obtigerunt, id est tuae pars maxima populi concedita est inspectioni. Noli quaeso objectorum, quae tractaturus es, tenuitatem fastidire, verum id tecum continuo reputa, scholarum, quibus praeficeris, utilitatem in plurimam Nationis nostrae partem dimanaturam esse.

Me quod attinet, scio ego me non propriis meritis, sed merae Augustae benignitate muneri huic admotum. Notior mihi est virium tenuitas propriarum quam ut me parem regendis tot doctissimis viris putem. Forte si proprio mihi fata indulgere genio permisissent, illustri Coetui vestro adscribi ipse quoque sollicitus collaborassem. Nunc quoniam Sors et Augusta secus disposuere, ego me ipsum non tam praeposuitum vobis, quam socium explendae Clementissimae Dominae intentionis considero meque ea solum parte vobis ducem profiteor, qua propiori gradu ad accipienda Altissima iussa sum collocatus. Nolite quaeso vos in me alium quam vestrum litterarumque amicis reputare. Ita enim tuto velim existi-

Sad već upravljam riječ tebi, velečasni i slavni mužu, koji si svojom krepošću i učenošću postigao da je glavno učilište ove kraljevine, ovu uglednu Akademiju, Uzvišena Vladarica povjerala baš tvojoj upravi. Tebi će posebno pasti u dužnost briga da se svi što točnije pridržavaju nastavne metode koju ima propisati Njezino Veličanstvo, da svaki profesor marljivo obavlja svoju dužnost i da se u Akademiji održava unutrašnji red i stega. Tebi živo preporučujem ove slavne muževe. Postupaj s njima ljubezno kako dolikuje, pomaži im savjetom, podržavaj ih ugledom. Želiš li postići povoljan uspjeh svoje ravnateljske službe? Upravljaj s ljubavlju!

Tebe su, prečasni i slavni kraljevski nadzorniče škola, zapale općine i manji gradovi, a to znači da je tvojem nadzoru povjeren najveći dio naroda. Nemoj omalovažavati neznatnost predmeta kojima ćeš se baviti, nego neprekidno imaj pred očima da će se korist od škola kojima si postavljen na čelo proširiti na najveći dio našeg naroda.

Što se tiče mene, znam da nisam došao na ovaj položaj vlastitim zaslugama, nego čistom dobrotom Uzvišene Vladarice. Odveć mi je poznato da su moje snage neznatne a da bih sebe smatrao doraslim upravljanju tako brojnim veleučenicim muževima. Da mi je slučajno sudbina dopustila da se posvetim onome što sam želio, i ja bih brižno nastojao da budem uvršten u vaš slavni skup. Ovako, kad su već Udes i Uzvišena Vladarica odredili drukčije, ja sebe ne smatram toliko vašim pretpostavljenim koliko drugom u ostvarivanju namjere Premilostive Gospodarice i samo utoliko priznajem da sam vaš vođa što sam postavljen na bližu stepenicu za primanje Uzvišenih zapovijedi. Nemojte, molim, u meni gle-



metis, quidquid mihi virium, quidquid facultatum Deus et natura concessit, id me totum in commune totius Academiae ac in singuli cujusque vestrum commoda laetum alacremque impensurum.

Quod reliquum est, impendite vos doctrinam vestram, ego conatus meos intendam, ut res litteraria majora in dies in Academia hac incrementa accipiat hacque, quae sola nobis superest, ratione collocatam in nos omnes Suae Majestatis gratiam devoti promereamur.

dati drugoga, nego samo prijatelja vas i znanosti. Želio bih naime da smatrate sigurnim da ću, koliko god su mi snage, koliko god sposobnosti udijelili Bog i priroda, veselo i poletno sve to upotrijebiti na zajedničku dobrobit čitave Akademije i svakog pojedinog od vas.

Naposljetku, vi ulažite svoju učenost, a ja ću usmjeravati sve svoje napore da znanost u ovoj Akademiji iz dana u dan sve više napreduje, pa da time na jedini način koji nam preostaje odano zaslužimo milost što ju je nama svima iskazalo Njezino Veličanstvo.

*(Prevco Ueljko Gortan)*

*(Sveučilišna i nacionalna biblioteka, Zagreb, R-7301.)*